

Aristolochiæ longæ & æris usti, utriusq; libræ sextantem: quæ sunt singulorū unciaæ duæ. Ne hoc quidem negligendum arbitror, Græcos quosdam diuersum egisse quàm Plinius. Vt enim hic pro mina uertit libram, quæ tamen quatuor uncijis est minor: ita illi contrà, nonnunq; per centum drachmas libram non minam exprimunt: ubi quatuor redūdant. Vnde Galenus scribit eiusdem operis libro sexto: *πρὸς μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς λίτρας εἰς δραχμὰς ἑξήκοντα αὐτοὶ. πρὸς δὲ ἀντὶ τῆς μνάς.* id est, Aliquando enim ipsi scribunt pro libra centum drachmas: aliquando pro mina. Idem eiusdem operis libro primo de eadem re loquens, inquit: *ὡδ' ἢ αὐτὴ ἀναλογία σώζεται μὲν εἰς μίγα διαφέρουσι εἴτε τοῖς εἰς δραχμῶν τῶν μεταλλικῶν, εἴτε τοῖς ἑνεγκήοντα ἕξ, αἱ δύο κοτύλαι τῶν ἰλαίων μινύουσι.* id est, Itaque eadem proportio seruatur, ut non multum differat, siue centum drachmis metallicorum, siue sex & nonaginta, duæ cotylæ olei misceantur. Hæc ille. Et sane non multum refert in id genus emplastris, quatuor drachmas adijcere, sed in nonnullis medicamentis, quæ bibimus aut deuoramus, plurimum. quod dico ne quis istis uerbis Galeni fretus, rem parui momenti esse putet. Sed quid dicemus ad Scribonium Largum? qui scribit: Aequæ enim in libra, denarij octoginta quatuor apud nos, quot drachmæ